





28

Trac. 34. num. 6

1663, 8

17

DISPUTATIO JURIDICA
DE
DEFENSIONE REI ABSENTIS,
DE CRIMINE CAPITALI
ACCUSATI,

Adl. 3. C. de Accusat. & textus parallelas composita,

ET DIVINO ASPIRANTE NUMINE
SVB PRÆSIDIO

VIRI

*Magnifici, Præ-Nobilis Amplissimi &
Consultissimi*

DN. JOH. OTTONIS
TABORIS, ICTI

FAMIGERATISSIMI, SERENISSIMI
PRINCIPIS HASSO-DARMSTADINI, &c. Con-
siliarii, INCLYTÆ Universitatis LUDOVICIANÆ Cancellarij
eminentissimi & Professoris Primarii, Dn. Patroni & Pro-
motoris æterno Venerationis & Observantiæ cultu
prosequendi,

Publicæ Eruditorum censura exposita

JOHANNES ANTONIO Blanckenhetim
MARBURGO-HASSO.

Ad Diem 25. Junii, Loco horisq; consuetis,
GISÆ CATTORUM,

* * *

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,
Acad. Typogr. Ordin. An. 1663.



VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis &
Excellentissimis*

DN. GEORGIO ADAMO
Heilmann / JCTO, Consiliario Hassia-
couth & SERENISS. HASSIÆ PRIN-
CIPUM judicii aulici, quod est Mar-
burgi, Assessori gravissimo.

DN. SALOMONI Zincken / JCTO,
Illustrissimi Principis Saxo - Gothani Consiliario, ut &
Præfecturæ walungensis, &c. inspectori gravissimo.


DN. JOH. HARTMANNO Kornmann /
JCTO Nec non in Illustri Academia Marburgensi
Pandectarum Professore celeberrimo.

DN. JOHANNI Setppen / JCTO, Et
Libere Civitatis imperialis Wetzlariensis Syndi-
co & Advocato dignissimo.

*Illis Dnn. Patronis, Promotoribus & respecti-
ve Agnatis, quovis honoris & obsequii cultu
perpetim observandis; Huic Dn. Parenti
filiali, amore & observantia devenerando
colendo,*

Præsentem discursum Juridicum
sacrum esse jubet

JOH. ANTONIUS Blanckenheim



CAPUT I.

QVO DIFFICULTAS PROBLE-
MATIS PROPONITVR.

I.

RIDENT non solum Fa-
natici quidam Novatores & si Diis placet
novi Legumlatores, sua se libidine in
thronum regium inferentes; sed & Pra-
gmatici nostri, Eos juris Doctores, qui
plurimam enucleãdis obscuris juris sen-
tentiis & conciliandis opinionibus ope-
ram impendunt: quasi in re parum utili ingenium consu-
mant, ideoque eos Leguleiorum voculã traducunt. Et sanè si
machinæ farinariæ compendia respiciantur: Fatendum est
parum emolumentum è scabra & difficili hac inquisitione ad lo-
culos peculiare redundare. Cæterum si publica commoda
considerentur: dici vix potest, quantum emolumentum Reip.
accuratior hæc Inquisitio, pariet pariatque; Cum homines
pragmatici infinitis negotiis distenti, non possint ingenii vires
edintendere, sed oblatiis fortuitis sensibus cogantur acquie-
scere. Hinc obtusiores Alii communes opiniones memorare
maluerunt, quam expendere.

2. Sed quantam ea socordia remoram causis disceptan-
dis injiciat, experiuntur indies, qui illis discutiendis adhiben-
tur & sine

A

tur & sine

& sine conscientiae labe injuncto munere defungi cupiunt. Exempla hujusce Experimenti infinita annotavimus, quaedam etiam edidimus. Et nisi studiosorum (quibus praecipue scribimus, integritatem conscientiae, famae fumis praeferentes) auxilia nos destituerent, plurima subinde ejusdem generis emblemata Judicio peritorum submitteremus.

3. Hodie cum se aliqua dicendi occasio aperuerit, ostendemus, quantoperè circa expositionem *l. 3. C. de Accusationibus* & Theorici Doctores & Practici, aut errent aut gratis desudet. Male n. rem istam explicatam esse à Doctores, maleque perductam in usum fori, palam conqueritur *Cujac. in recit. C. ad rit. de Accusat. pr.* Utrum vel ipse rem aculterigerit, vel nos etiam tangere queamus, conatus noster deinceps patefaciet.

4. Quaestio est *primum de extraneo*, tum *de patre*; denique *de matre & aliis cognatis*, an illi absentem reum, de crimine quodam v. g. veneficio, (uti nuper tractatum fuit, disp. 1. de confrontat. th. 37. p. 31) de homicidio, vel simili scelere accusatum, possint defendere eoque citationes Edictales praecavere.

5. Ex nulla istarum quaestionum se facile expediverit, qui prius Dd. tradita, quàm ipsa juris loca contulerit; Plerique n. propria textibus dogmata inferiunt. *contra monitum D. Hilaris, quod refert Hartm. Pistor. 2. quest. 16. num. 22. (extat lib. 1. de Trinitat. tom. 1. pag. 9. A.)* Cum sibi relictis juris loci, planissimè evadant undique.

6. Utrobique a. Dd. dissentiant & per phalanges dimicant, uti videre est ap. Ernest. Cothmann. 3. resp. 15. n. 46. Et ut de Extraneo primum dicamus, Ipsa juris capita discordare hic videntur. Sic enim Imper. Alexander. A. C. 224. in genere & liquido definivit. *l. 3. C. de Accusat.*

Reos capitalium criminum, absentes, etiam per Procuratorem defendi, *leges publicorum Iudiciorum permittere.*

Rationem reddere videtur Ulpianus (Alexandri Imp. primum tutor, deinde Consiliarius, tandem, forte circa annum

num

num 230. etiam pratorio præf. v. *Briffon, in voce Domitius p. 162. Dissent.*
b. Labitt. in Indic. p. 219.) in l. Servum. 33. §. 2. de procurator. Quia Gifan ad l.
 publice utile est absentes à quibuscunque defendi. Nam & *33. §. 2. de*
 in capitalibus judiciis (inquit *Ulpianus*) defensio datur, ubi- *Procurat.*
 cunque itaq; (NB) absens quis damnari potest, ibi quævis ver- *n. 9.*
 ba pro eo facientem & innocentiam excusantem audiri æ-
 quum est, & ordinarium admittere: Quod ex rescripto Im-
 peratoris nostri apparet.

7. Contrarium Papinianus respondisse existimatur.
in l. pen. §. un. de publi. Judic. illis verbis: Ad crimen publici ju-
 dicii persequendum frustra Procurator intervenit, multoque
 magis (scil. frustra) ad defendendum: Sed excusationes ab-
 sentium ex SCro judiciibus allegantur; Et si justam rationem
 habeant, sententia differtur.

8. Communiter recepta est conciliatio glossæ *in d. l.*
33. §. 2. de procurator. ad verb. datur. quam A Faber his terminis
 effert, ut distingvatur inter *defensionem plenam* & minus plenam
 quæ nempe innocentiam absentis hæctenus excusat, ne forte
 ut contumax condemnetur. Probant hanc sententiam Cuiac.
lib. 20. obs. 10. Incip. Recte Accusatus & clarius *in Comm. Cod. h. 1.*
vers. Assamen: ubi tandem concludit. In causa criminali excu-
 satores admitti: Sed non defensores integræ vel totius causæ.
 Et ita accipiendam hanc legem esse: Reorum absentiam red-
 ditis justis causis defendi & excusari posse; non integram
 causam defendi: additq; ita recte accepisse Johannem (glos-
 satores) *d. l. 33. §. 2. de procurat. conf. Donell. lib. 18. Comment. 20.*
Gothofr. ad. d. l. 33. A. Fabr. in rational. ib. Carpzov. d. quest. 105.
num. 29.

9. Cæterum quia Alii existimarunt hanc Gl. & sequa-
 cium expositionem gravem errorem continere, *Vti loquitur*
Bustus ad d. l. 33. §. 1. p. 159. ideò eam rejecerunt: Atque adeò
 ipse quoque Cuiac. recessisse ab hac explicatione videtur *lib.*
20. obs. 20. incip. Quod ait l. 3. Quia. *d. l. 3.* verbo defensionis
 absolutè utatur: Sic ut ad allegationem causarum absentia
 restringi nequeat Itaque mavult inter causas capitales & non

Capitales distinguere, prout exponit & sequitur Gothofr. ad l. 3. C. de Accus. (quam variationem miror Merillium in suis variantium libris non observasse.) Respondet Wissenbach. disp. pandect. 12. th. 18. Defensionis verbum in his ll. non significare plenam defensionem, sed ejus partem tantum h. e. absentia excusationem. Verum id ipsum est quod Cujacius in posteriore loco cum Allis negat, Vocem defensionis restringi posse, ad unam & quidem debiliorem speciem; cum absolute ponatur.

10. Sed quia reperi potest: Etiam vocem *judicii publici* in textu negante l. pen §. un. de publ. judic. absolute & indistincte de publicis judiciis efferri. Itemque in l. 33. §. 2. de procurator Ulpianum uti particula *Et*, quæ non sit oppositiva sed conjunctiva. Carpz. d. quest. 105. n. 27. Ideo Pacius 2. Enantioph. 40. arbitratur. d. l. 3. Explicandam esse ex d. l. 33. §. 2. de procurator. Ut absens, non omnimodò & indistincte per alium defendi possit, sed tunc ubi & Condemnari absens potest ut habent verba d. l. 33. §. 2. Huic enim casui imprimis quadrare rationem ejus legis, ne absens indefensus relinquatur.

11. Est qui textibus juris maximè conforme arbitratur, initio hanc constituere regulam: Quod ea tantum causa criminalis per defensorem agi possit: quæ sit pecuniaria: Limitandam a. esse eam regulam, in criminibus sanguinis vel pecuniaria majorem inferentibus, ubi absentia causæ tantum allegari queant. Dn. Struv. de procurator. th. 33.

CAPUT II.

De juris capitibus rite subordinandis,
ut constans sententia exeat.

I.

Opponet quis: Hac interpretatione iterum vim fieri recepto Imp. Alexandri. in d. l. 3. C. de Accusat. generaliter

Neer utique loquenti. Ne id iure dici queat & ut iura iuris
 concordent, (& ut exceptiones quoque sint de regula,
 nec genus & metas regulæ, limitationes oppositæ, transgre-
 diantur. Contra canones Logicorum; juris Authoribus pro-
 batos in l. Nam quod. 4. §. ult. de pen. legat. l. ult. C. Quando
 ex fact. tut. Castrens. 1. Consil. 70. n. 3. ubi ait: Exceptionem
 quæ non sit de regula, derogatam esse.) breviter sic ea coor-
 dinabimus. Primum regulam ex l. pen. §. un. de publ. Jud. ta-
 lem ponendo: In judiciis publicis, quæ de criminibus con-
 stituuntur, non esse admittendum procuratorem ex parte a-
 ctoris: multo minus defensorem ex parte rei; nec dist. an
 partes præsentis sint vel absentes.

2. Additur ibidem statim exceptio: (quæ nobis pri-
 ma erit:) Excusationes tamen absentium admitti posse, ex
 ipsius S. C. i. permissione.

3. Additur autem hæc exceptio, eo statim effectu simul
 ostenso: ut si excusatio justam rationem habere deprehen-
 datur, non tantum iudicium, sed sententia quoque ipsa dif-
 feratur.

4. Hic sensus cum sit planus, literalis & consecuti-
 vus, non audiendus primum est Cothmannus, qui 3. resp. 15.
 n. 46. scribit textum l. pen. §. un. de P. I. de Accusato loqui, qui
 præsens sit, idque indubitatum esse: licet in ea sententia etiam
 fuerit Badius dict. pag. 259. n. 3. Loquitur enim d. §. un. de de-
 fensione in genere; quæ non tantum est rei præsentis, sed
 vel maximè absentis. quod demonstrat contextus si rite
 cõponatur, h. m. Ad defendendũ crimen iudicii publici, s. reus
 huius criminis, frustra plane procurator intervenit. Deinde ex-
 ceptio debet esse de regula. Atqui exceptio nominatim est
 de reo absente concepta, Ergo regula quoque de eod. exau-
 dienda, l. Proculus. 19. De Usufr. ubi Bald. Aliique notant: Ex
 qualitate exceptionis regulam ipsam declarari. Hartman. Pi-
 stor. 1. quest. 32. n. 5. Tertio, quia etiam alii textus generaliter
 loquuntur, veluti l. 1. ibi: sin autem non sit pecuniaria causa,
 sed capitalis; per procuratorem agi non licet: Sed & si ea
 causa

causa sit, ex qua sequi solet pœna usq; ad relegationē, nō oportet per aliū causas agi, sed ipsum adesse auditorio debere sciendū est. *An per aliam causa appellat. reddi poss. l. miles qui XI. §. 2. ibi:* Ea quæ inter reos adulterii, recepta esset, ab eis defendi non potest *Ad. L. Jul. de Adult.* Atque ita etiam generaliter loquitur in memoranda & referenda hac regula Paulus. *5. sent. 16. §. Neq;* ibi: Neq; accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest. *Gifan. ad d. l. 33. §. 2.*

5. Eandem regulam complures etiam Juris rationes exposcunt & firman, s. initium s. progressum aut exitum Judiciorum spectemus. Constat enim ab initio statim repelli defensorem qui idonee cavere nequeat §. 2. *& ult. Inst. de Satisd. l. 46. §. ult. l. 53. de procurat.* Quia a. latis datio ista tres clausulas continet, nempe, defensorum se boni viri arbitratu & sine dolo, & judicatum præstiturum s. soluturum. *l. judicatum 6. judicatum solvi. §. si vero aliquis. 4. §. de satisdat. Cujac. ad l. 65. De Verb. signif. p. 2217. C.* quomodo judicatum præstabit, qui Dominus membrorum suorum non est, adeoque unde solvat, non habet. *l. Liber homo. 13. in f. Ad L. Aquil.*

6. Deinde in confesso est, atque etiamnum hodie in judiciis exigitur, ut Rei audiantur coram & respondeant advocato remoto, *Nicol. Rensner. 2. consil. 18. n. 51. & seqq. item que 2. decis. 10. n. 2. & seqq.* ratione manifesta: siquidem plurimum inquirendæ veritati conducit, si coram cognoscere & intueri liceat, quâ vultus constantia vel confusione aut perturbatione, quo colore, qua moderatione aut trepidatione animi respondeat. *l. De minore. 10. §. plurimum 5. de questionibus. Cujac. in recit. C. de Accusat. pag. 141. B.* Namque ut Cicero. *1. offic. ait.* Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione aut contractione, facile judicamus, quantus sit in homine dolor aut metus aut denique tristitia. *Conf. Senecam epist. XI. l. 3. §. un. ibi. animi motum vultus prodit. de offic. Presid.*

7. In progressu eadem circumstantiæ explorandæ veniunt, quando cum testibus aut delatoribus aut denuntiatoribus

coribus reus committendus est. *Cujac, d. lo. in princip. per l. 3. in princ. de testibus. l. 10. §. 5. ibi: Nam et ex sermone. De quaestio- nibus, cap. tua §. ibi: etiam in mixto foro presentia personarum principalium. de procuratoribus Conf. de Confrontat. pag. 5. §. 18.*

8. Imo in ipsa quoq; tractatione causæ plurimum ipsius rei interest, summam sollicitudinem adhiberi: *At quis neget in re propria diligentius quemvis advigilaturum, quam alium. arg. l. preses. 6. C. de servit. §. aq. Alciat. 1. presunt. §. 2. Ar- nis. 1. de Majest. cap. 5. n. 13. Grotius lib. 2. de jure belli & pacis. cap. 25. n. 7. Filiuc. in Theolog. morali tractat. 28 cap. 2.*

9. Denique necessitas istius definitionis maxime apparet, *in egressu, exitu, & sine judiciorum.* Fac enim defensor partes non implere & reum capitis supplicium promereri: nunquid absens damnabitur. *contra. l. absentem §. de pœnis* Nunquid vero putas Reum se supplicio stitutum qui iudicio sistere se reculavit, *l. 1. in f. de Carbon. Ed. l. Qui ex pluribus 20. l. ult. de noxal. act.* An vero pœnâ defensor, pietatis vel saltem humanitatis Jura allegaturus, cætera vero insons, *contra. l. 2. C. ne filius pro patre exantlabit,* An non vero totus processus, iudicium & justitia ipsa reddentur elusoria. *contra l. 2. C. de Custod. reorum. l. 2. C. de Exhib. reis. Geil. 1. de pace publica cap. 20. n. 2. §. 3. Zoes. de publ. judic. n. 7. Barthol. Cæpotta consil. Crimin. 45. n. 1*

10. Itaque olim recte constitutum, ad ordinandum iudicium publicum pertinere; primum, ut is qui accusare vellet, ad Quæsitorem rei nomen deferret, idque recipi postularet, & qua lege reū facere vellet, profiteretur, simulq; in crimen subscriberet, *l. 3. §. 2. de Accusat.* Deinde, ut Reus ad prætorem tractus, Legibus interrogaretur, Accusatore accusationem instituente per interrogationes, ad quas reus responderet. *Brisson. lib. 2. select. antiq. cap. 1.* Post eam interrogationem in reatu constitutus reus dicebatur. *Si Asconio in 2. Verrin. credimus.* Rei nomine accepto, die plerumque decimo, Prætor utrumque, & accusatorem & reum adesse jubebat, & spacium accusatori ad probationes conquirendas dabat.

Habere. Vti latè probat Briffon. d. lo. p. 25. Conf. Cujac. In
 recit. C. de his qui accus. poss. pr. ubi ostendit Differre hæc
 Reum deferre, & reum accusare. Non enim cum reus de-
 fertur, statim etiam accusatur, aut inter reos refertur: Quæ
 se invicem consequuntur. Item in tit. de Exhib. & trans-
 mitt. reis: Ubi docet: Quemadmodum post inscriptionem
 ejus, qui reum detulit, reus exhibitus & productus fuerit, ut
 lris cum eo contestatio possit institui. Quo facto reus in cu-
 stodiã recipiebatur: juxta criminis gravitatẽ. l. 3. de custod. reor.
 Omnia eo fine, ut reo præsentẽ rectius judicia decurrerent.

II. His ergo rationibus moti præstantissimi Crimina-
 listæ & secundum jus Commune & Saxon. sententiam pro-
 nunciarunt. Das angegebener defensor nicht zulässig / sondern
 es sey angeklagter auff anderweit gebührende Ladung in elgener Per-
 son zuerscheinen und auf erhobene Anklage sich einzulassen litem zu con-
 testiren, und auff die articulirte Peinliche Anklage singulariter singulis
 zu respondiren schuldig. Carpov. 3. quest. crimin. 105. n. 49.
 § 50. Clarus & Vasquius citati Gifan. ad d. l. 33. §. 2. n. 9.

CAPUT III.

*Exhibet & exponit Exceptiones regula de
 defensione reorum, superiore capite
 declarata.*

I.

Regula de defensione reorũ negativæ, (sive defensionis
 non admittendæ,) Papinianus in l. pen. §. ult. de publ. jud.
 statim adnexuit atque adeo ferè innexuit exceptionem,
 quam supra thel. 3. & 4. in ulum demonstrationis præmisi-
 mus? Excusationes scil. absentium, ex S. C. 10, iudicibus alle-
 gari posse &c.

2. Excusationes istas plerique accipiunt restrictivè, de
 causis absentia tantum. v. cap. 1. th. 8. Sed quia subtilissimus
 Papinianus (1) non dicit excusationes absentia tantum ad-
 mitti

mitti posse, sed excusationes absentium: Ex vero (2) plures esse possunt, quam solius absentia: Vnde (3.) Papinianus voce *Excusationis* in numero plurali utitur; Cum si id quod illi volunt, cogitasset, facilius dicere potuisset: *allegari posse excusationem absentie*: Denique (4) disertè se refert ad eas excusationes que ex *Senatus Consulto* allegari possunt: Ergo hæc etiam continebuntur th. 2. Atque ideo etiam (5) Imper. Alexander paulo generalius hac de re loquitur in. l. 3. C. de *Accusationibus*. Reos capitalium criminum absentes, etiam per procuratorè defendi, *leges publicorum iudiciorum* permittunt. Quæ propositio non est absolutè Universalis, aut omnia defensionum genera complectens: sed subalterna & relativa: Ut eæ defensiones Reorum capitalium criminum, absentium, audiantur, quæ legibus publicorum iudiciorum permittantur.

3. Probamus hanc explicationem (1.) ex textu referente, *Ulpiani*, ad cuius etiam consilium haud dubiè Imp. Alexander in d. l. 3. rescriptit. Relatum enim est in referente cum omnibus iuris qualitatibus, l. *sita scripsero*. 38. de *condit. & demonstr.* l. *Asse toto*. 77. de *hered. instit. Barbos. locuplet.* lib. 16. c. 23. *axiom.* 16. Unde enim (2.) verior interpretatio rescripti ad supplicationè petentis redditi, sumeretur, quam ex ore ejus, qui consilio adfuit, si non ipsum rescriptum concepit. l. *Et ideo* 11. de *Legibus* l. 43. in *pr. vers. respondi.* de *vulg. & pup. substit.* neque verborum interpretatio alia admitti debet, quam habita ratione ejus, qui ea prorulit, attentoque eo quod ille respexit. l. *si quis domum*. 9. §. *pen. in. f. Locati*. l. *debitor* 59. ad *SCt. Trebellian.* l. *ult. C. si advers. rem. judicat.* *Hartman Pistor* 1. *quest. practicab.* 26. n. 5. Porro (3.) ubi de mente loquentis constat, de qualitate verborum non usque est curandum. *Iohann Meichsner.* 2. *decis. Cameral.* 2. n. 13. tom. 3. *Gail.* 2. *obs.* 132. n. 10. per *cap. intelligentia.* 6. de *Verb. signif. can.* *Marchio.* 1. *caus.* 9. *quest.* 1. Nec obstat (4.) Quod Imperator se refert ad *leges publicorum iudiciorum*: Papinianus in d. l. *pen. §. un.* autem ad *SCtum.* siquidem vox

B

Senatus



Senatus consulti, ut Cujac. rectè interpretatur hoc loco synonymicè de legibus publicis, *Senatus Consulto probatis*, accipienda est. *in recit. Cod. de Accusat.* Cujus doctrinam auctore non laudato ad verbum expressit, *Wissenbach. in disput. Pandect. ad tit. de Accusat. th. 12. arg. l. 13. ad. l. Cornel. de Si-car. l. Divus. 15. ad. l. Cornel. de fals.*

4. Hoc ergo & Papinianus & Alexander. Imp. dicere voluerunt, quod *Ulpianus in. d. l. 33. §. 2. de procuratoribus.* Non esse denegandas omnes absentibus defensiones, (1. cum publice utile sit, absentes in judiciis defendi (2. atque adeo in capitalibus etiam judiciis defensiones dentur. Quæris an simpliciter & semper? Nequaquam. Sed ut *Ulpianus* respondet, ubicunque in judiciis (cæperat enim ab initio de judiciis in genere loqui) absens quis damnari potest, ubi quemvis pro eo verba facientem & (non tantum absentiae excusationem adferentem; sed &) innocentiam excusantem, audiri æquum est, & ordinarium admittere; pro ut ex rescripto Imperatoris nostri *Alexandri in. l. 3. C. de Accusat.* apparet. Hactenus *Ulpianus.*

5. Patet inde quod supposuimus, ex conjunctione istorum textuum, regulam quidem de causis capitalibus recte constitui *negativam*; defensores scilicet in his causis regulariter non admitti; Excipiendas tamen esse ex *SCTO.* (1. causas absentiae (2. causas innocentiae eo casu, quo absens quis damnari potest. Restat ergo ut quænam illæ causæ sint, inquiramus. Nam & triginta cum *Socino, ad cap. veniens. Ext. de Accusationibus.* comminisci, frivolum & luxuriæ proximum est: Unam autem duntaxat exceptionem in causa injuriarum, quæ personas illustres contingit. *l. ult. C. de injur. cum Gifanio. ad d. l. 33. §. 2. n. 12. vers. Vna tantum est exceptio,* admittere, nimis rigidum & ipsi legum moderationi contrarium.

6. Potest ergo absens damnari (1. si lis inchoata sit cum præsentem & ille postea abierit. *l. inter. 10. de public. judic.* (2. Si quis. *L. Cornelia accusetur, quod spadonem fecerit. l. 4. §. ult.*

l. 4. §. ult. Ad l. Cornel. de Sisar. (3. si apparitor corruptus
accusetur perfidiae. l. ne diu. 21. C. de poen. Pacius 2. Enantioph.
40. & c. Licet ergo verum sit quod Paulus. §. sentent. tit.
16, §. neque in f. exceptionis loco tradit: rei absentiam
posse defendi: Innuens hanc exceptionem esse potissimam:
Non tamen est sola: sed admittit consortium aliorum casu-
um, ubi ipsa rei innocentia s. causa principalis defenditur.
Et ita veteres etiam Dd. sensisse & rectè docuisse patet ex Spe-
culo Durandi sub tit. de procuratore. §. 1, n. 9. & 10. Cujus
verba integra inf. erunt referenda.

6. Errat ergo iterum Cothmannus d. resp. 15, n. 17.
Qui d. l. 33. §. 2. indistincte inducit, quasi semper & in omni
causa liceat absentem defendere, etiam quo ad causam prin-
cipalē. Deceptus haud dubie sinistra interpretatione. d. l. 3. C.
de Accusationib. Quæ cōstitutio obiter inspicientib9 genera-
liter concepta videri possit; Sed revera limitationē continet
in verbis *LL. publicorum iudiciorum permittant*. Quæ verba
juxta interpretationē Ulpiani in d. l. 33. §. 2. restringenda sunt,
Tū ad causas absentiae, tum ad causas innocentiae, nempe illis
casibus ubi absens quis condemnari potest. Lata n. est. d. Cō-
stit. tēpore Imperatoris Alexandri cujus cum Ulpian. Assessor
fuerit, & diserte se in hoc rescripto funder; Merito ex ipsius
sententia hoc rescriptum accipitur. Maximè cum Alexan-
der voce permissionis utatur, quæ innuit: Regulariter &
ex ratione juris communis, id non licere. arg. l. 7. de Legi-
bus. l. 10. *Qua in fraud. credit. l. 5. §. quibusdam. De jure
immunit.*

7. Errat etiam Cujac. in not. ad Paul. §. sentent. 16. §.
neque. Et qui eum sequitur Wissenbach. disp. Pandect. 12.
th. 18. Quando d. §. 2. corrigit, & pro voce innocentiae, ab-
sentiam, audacter substituit. Cum Ulpianus non de causis
absentiae tantum; sed innocentiae ipsius etiam, certis casibus
audiendis, loqui voluerit, adeoque generali vocabulo excu-
sationis non in decorē aut inconveniēter usus sit.

§. Quin & alii Dd. cum non attenderent ad exceptionis hujus sententiam, maxime autem cum l. 3. C. de Accus. responsum non assequerentur, in tarpes dissensiones & plura alia errata prolapsi sunt, quæ seqq. Capitibus aperiemus.

CAPUT IV.

Quo ostenditur: Nec patrem ad filii, de capite accusati, defensionem plenam admitti.

I.

A Rbitramur ergo jam liquidò ex ipsis juris fontibus productam esse hanc propositi problematis decisionem: *Nullum extraneum regulariter rei accusati defensionem suscipere posse*: Nisi vel (1.) causam tantum absentiae allegare velit, quam defensionem minus plenam Dd. vocant. Vel (2.) causa talis sit ut absens etiam reus damnari & executio pœnæ, forte in bonis, aut exili in iunctio, fieri possit, (3.) In casibus aliis SCto vel LL. publicorum judiciorum permissis per d. thes. 3. cap. superioris.

2. In his causis cum nullibi reperiat aut ostendatur pater, defensionem filii v.g. de homicidio accusati, offerens, Negamus cuiquam Dd. ac ne Collegiis quidem integris, speciem hanc excipere licere. Si enim, quod jam sæpè inculcavimus, opus est ad exceptionem aliquam contra juris regulam & solidas rationes inducendam, auctoritas SCri & LL. publicorum judiciorum. *l. prævaricationis iudicium 3. §. ult. ibi. quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per senatus Consultum. de prævaricatione. non suffecerit interpretationis magistralis auctoritas. ult. §. 1. C. de LL. cum similibus.* Debent enim Jure Consulti respondere secundum leges non contra leges: Inherere debent verbis textus, quorum manifesta est sententia, etiam si dura sint, *l. prospexit. 12. §. 1. Qui*
& à qui-

Et à quibus manamis si. solius a. Majestatis est, casus quosdam in generali definitione & regula interpretando excipere. *d. l. ult. §. 1. C. de L. L. l. 3. §. 21. C. de Vet. Jur. Enucl. Perez. in prælect. ad tit. Cod. de SCtis n. 1.*

3. Rationes quas Arumæus cum aliis contra hanc juris certitudinem adfert, facile profligari possunt, ut sequentia experimenta docebunt. Primo (i. ait: Receptam esse Dd. traditionem, quod quando quis pro suo Interesse loco accusati intervenit, admittendus sit: Ita enim Gl. Socin. Clar. Blancum Menochium docere, *per text. in l. 2. §. si pro eo 3. Quando appell. sit.* Atqui negari non posse, quin maximum interesse patris in eo vertatur, ut filium superstitem habeat, cum infelix sit pater qui liberos ad regnum, ac postea orbitatem suam desistere cogatur. Quod pluribus Oratorum & poetarum dictis collectis confirmat. Ideoque concludit, Titium tanquam in causa propria & pro suo Interesse admitti pro filii defensione debere.

4. Respondemus initio in genere præmittendo: Hanc exceptionem nullibi in jure fundatam esse, adeoque nec admittendam, nec constringendam esse contra regulam, *in modo d. fuge. l. dissentientibus. §. C. de repud.* Deinde rationem hanc juris auctores non fugisse, noluisse tamen ejus intuitu exceptionem admittere, maxime cum tertio hæc ratio occasionem subvertendæ illius regulæ, in multis casibus præbitura sit: sic enim non tantum pater pro filio & vicissim filius pro patre, sed & maritus pro uxore, dominus pro servo, Episcopus pro Clerico & ita porro alii intervenire poterunt. Quod etiam indiscretè statuit cum aliis Menochius *1. de A. l. Q. 80. n. 97. & seqq.*

5. Deinde ad singula argumenti membra procedentes: dicimus majorem itidem nec textu nec ratione valida probari, adeoque contra expressam juris decisionem nihil omnino proficere: Nam quod adductam ab Arumæo, *l. 2. §. 3. Quando appellandum sit,* attinet. Appellatio à sententia contra eum præsentem lata, haudquaquam poterit pro-

duci ad defensionem rei *absentis* : Cum priore casu omnes rationes decidendi in salvo sint, siquidem iudicium cum præsente jam peractum sit, & pœna in præsentem executioni mandari omninò possit, Appellatione & causâ interesse paterni s. ejus quod patris revera intersit, brevi cognitione discutienda. Non ergo sequitur, propter Interesse patris, ille aliquando auditur, v. c. in appellatione *E. semper audiendus est*, & consequenter etiam ad *obtinendam defensionem plenã*, filii de capitali flagitio accusati, admittendus erit. Deinde ut negari nequit, appellationes admitti etiã ipsorũ reorum, si causa non usque sit liquida. *l. non tantum. 6. de Appellat. l. 29. & 30. C. Eod.* Ita non audiendi sunt rei in crimine flagranti & capitali deprehensi, vel probatione omni liquidè peractâ. *l. constitutiones. 16. De Appellat.*

6. Nihil magis proficit ratio, quã Menochius hanc primam propositionem suffulcit. *d. l. n. 100.* Eos qui interveniunt ratione proprii commodi, non esse procuratores vel alienæ causæ defensores; Sed propriæ. Ergo legis vel statuti prohibitione non contineri. *Respondeo*: si separatum interesse prætendant, & quod utilitati publicæ remoram non injiciat, audiendos; Sed si sub hac specie, aut colore causam criminis & defensionem rei principalem suscipiant, cedere debere utilitatem publicam, utilitati privatæ. Illa autem Inprimis requirit, ut delicta publica, publicè puniantur.

7. Destructo principali hoc fundamento, cætera futura sunt:

foliis leviora caducis.

Nam quod Arumæus *d. decis. 7. n. 31.* porrò ait: In iure, affectionis ratione multa concedi, atque adeo etiam appellationem pro necessaria persona. *d. l. 2. §. 3. Quando appellandum sit.* Semper cum ea limitatione accipiendum; ne salus Reip. quæ in scelerum animadversione consistit, labefactetur & eludatur. Valeat hæc ratio ad *provocationem pro captivo præsentem instituendam*; Quia tum Reipubl. utilitati nihil

nihil decedit, nec reus denique per utramque instantiam convictus, subduci promeritæ pœnæ poterit: Nullatenus autem valitura est, hæc affectionis aut commiserationis causa, quæ in singulos exercita, publicæ salutis & tranquillitatis jugulum frangit. Utique intempestiva misericordia non tantum Philosophis, (quorum dicitur causam suam Arumæus instruit,) sed & Jure Consultis in vitio cubare dicitur, *l. & Eleganter 7. de dolo malo. l. si hominem 7. Depositi. can. ult. distinct. 45.* Neque enim misericors est qui vitiiis parcit, sed iniustus. *can. Est injusta. 33. caus. 23. quest. 4.*

9. Paralogismus similis est, quem Arumæus n. 4. & seqq. educit. *ex. l. 1. 2. 3. de liberali causa*, parentem admitti pro filio, qui in servitute trahitur, etiam si id filius nolit. Unde colligit: multo magis ergo pro filio, qui ad mortem s. supplicium mortis rapitur, eum intervenire posse, cum servitus morti comparetur. *l. servitute. 209. de Reg. Jur.* Nam primo antecedens hypothesis loquitur iterum de casu singulari, quo filius adeo nequam est, ut si maximè Jure è servitutis compedibus eripi possit; Liberari tamen nolit, saltem ut suo generi aliquam injuriam inferat. *Vii habent verba. d. l. 1.* Hic vero pater merito auditur, cum non tam filii perditivæ saniam, quam imminentem sibi suoque generi labem propellere satagat. Enimvero si filius revera servus fuerit, aut servus pœnæ effici jure mereatur: frustra pro eo pater interveniet.

9. Itaque comparatio etiam servitutis cum morte *in minore propositione*, tantum de injusta accipienda est: Unde etiam particula ferè *in. d. l. 209. de Reg. Jur.* ab ipso Jcto. additur. Nam nec in ipsa *L. Papiâ*, ad quam regula illa à doctioribus refertur, Comparatio ea semper valet, ut puta in servitute hostili, propter spem postliminii. *l. 9. de captiv. Iacob. Gothofred. ibid pag. 798.* Quantominus si servitus justa fuerit. Tum enim pater nullatenus audietur, pro filio intercessurus, quo minus injustam servitute protrahatur, licet ipse manumissus vel planè liber sit. *Ad eundem modum*

Sum si fiduciam innocentiae filius gerit, pater absentiae causas allegaturus audietur: sed si rhetoricari velit cum suis Advocatis mercede conductis, vel prece aut pretio coemptis, ut victima justitiae debitae subducatur, nullatenus tam pravum exemplum admittetur.

10. Extrema ratio quam ingeniosiss. & Eloquentissimus Dominus Arumæus non inconcinnè arbitratur *d. decis. 7. n. 43.* minus concludens videtur: Licet inquit Dominus servum defendere. *l. servus 11. de publ. judic. l. 2. C. de Accus. sat.* Ergò etiam patri permittenda est filii defensio in causis capitalibus; siquidem patri icidem operæ pereunt. *l. ult. de his qui effud. vel dejec.*

11. Præmittimus denuò canonem: contra leges prohibitorias & exclusivas non valere ullam ratiocinationem. *l. Antiquitas. 14. ibi.* Quare enim iste sibi vindicet privilegium, ut à generali regula excipiat. *C. de usufr. l. in prævaricationis. 3. §. ult. de prævaricat. l. Illam 19. C. de Collationibus. l. ab ea parte. 5. ibi: ab ea parte (sive actor sive reus sit) que dicit adversarium suum ab aliquo jure prohibitum esse, (Et vice versa, contra prohibitionem regularem admissum esse) specialiter lege vel Scto id factum probandum est. de probat. Wesenbec. conf. 203. n. 77. ubi plures allegantur.* Idque adeo, ut ne quidem pietatis & affectionis causa, hic contra regulam prohibitionem, audienda sit sophisticatio, per textum insignem & clarissimum, in *l. illud. 19. in f. ibi.* Nulli danda licentia, quacunque alia causa quasi pietatis jure subnixæ, præter eas quas specialiter exposuimus, introducenda, *C. de S. S. Eccles.*

12. Porro; Animadvertendum est, non hic quæstionem esse de quacunque defensione filii, sed de defensione filii de Crimine capitali accusari, qui ritè annotatus & inter reos relatus, ad citationem judicis comparere nolit, sed ostentatâ per parentem defensione, solidæ & accuratæ judicis inquisitioni se vult subducere: Itaque quemadmodum in genere dicitur, in *l. servum. 11. de publ. judic.* Dominum servum defendere posse: Ita etiam concedere indefinitam hanc propo-

propo-

propositionem contendenti possimus: patrem filium, inter reos relatum, defendere posse: sed an id eo etiam casu obtineat ubi (1, de crimine capitali agitur. (2, Indicia tot ac tanta suppetunt, ut filius inter reos referri promeruerit (3, Adeoque ad explorandam excusationis veritatem & cetera peragenda, presentia ipsius requiritur, sine qua (4, veritas nec erui, nec crimen puniri potest, &c. de eo est quaestio: Ea Exceptio causarum patronis specificè probanda est.

13. Et quid opus est cavillationibus, cum jura se mutuo explicent & quomodo & quatenus defensio ista permittitur domino; manifestè declarent. Ita vero Imp. Alexander rem explicat in altera opposita l. si cuidam 2. C. de Accusat. Si cuidam crimini obnoxius servus postulatur, Dominus eum defendere potest (*quomodo & quatenus*) & NB. In iudicio sistere (2, Accusatoris intentionibus (ipsummet) responsurum: post probationem autem criminis (sive postquam crimen probatum fuerit) non ipse Dominus, sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. *Hactenus Imperator Alexander.* Hunc defensionis modum Jura Domino in servo permittunt, neque nos refragamur, ut hactenus eodem modo patri permittatur filii defensio: Nempe ut eum (1, iudicio sistat. (2, Accusatoris intentioni ipsummet respondere jubeat (3, post probationem peractam illum pro suo delicto condemnationem sustinere permittat. Hoc modo nemo est qui repugnet, quin pater etiam filium de crimine delatum defendat. Sic enim & initium & medium & finis processus Criminalis ritè decurrit, & justitia nullum detrimentum patitur.

14. Sed quomodo hæc aptari possunt propositæ hypothese, ubi pater filium absentem (1, iudicio sistere detrectat & refugit (2, Nec vult adeo illum coram respondere; sed ipse ejus loco vult, aliquod obnubilandæ veritati glaucoma objicere, aut nescio quid remoræ machinari aut muginari. In primis autem eum promeritæ poenæ desiderat subducere si maximè per scelerum & malorum impunitatem, Deus offendatur, provincia sceleratis hominibus compleatur, &

C

Respubl.

Respubl. sanguinum imprecationibus onerata pessum
eat.

15. Facilius ignoscendum censeo causarum patronis
& Advocatis, si sanguinem Clientum quibus possunt verbo-
rum lenociniis, redimere satagant. Id enim si maxime in
foro conscientia fortean non sine vitio & conscientia cauterio
fiat, excusari tamen civiliter potest. arg. l. 1. De bonis eorum qui, &
similibus argumentis. v. l. 11. C. de Advocat. l. 7. §. 1. C. de postulando &
que ibi tradi solent, Verum ut juris Antistites qui juri interpre-
tando publica autoritate preestati sunt, tam temere Oscitan-
tia pragmaticorum ancillentur, ferendum est nequaquam.

16. Concludimus ergo confidenter, (juris inquam
authoritati & rationibus innixi) patri filio absentis defensio-
nem plenariam, eo quo illi postulant modo, nequaquam con-
cedendam esse, Adeoque quicquid Alii gratiose in perniciem
Reipubl. definiant, id nullius momenti, & studiosis juris neu-
tquam amplectendum esse, ut habet textus in, l. Praeses. 12. C. de
transact. Cujac, ad, l. 2. C. de jure fisci.

CAPUT V.

*Alia argumenta ab Ernesto Cothmanno
pro defensione in hoc genere paterna alla-
ta; removet & profligat.*

1.

EXpedivimus argumenta Arumæi: reliquum est, ut illa
quoque quæ Cothmannus. 3. resp. 15. pro defensione ista
patris, in causa filii accusati & quidem nominatim de homici-
dio, majore numero & apparatu adfert, perlustremus.

2. Initio autem n. 17. dicit Affirmativam niti manife-
sta Juris non tantum ratione; sed etiam decisione in. l. servum
quoque 33. §. 3. de Procuratoribus, ubi dicatur, publicè utile
esse

esse absentes à quibuscunque defendi: Nam & in capitalibus Judiciis defensionem dari. Ubiunque igitur absens quis condemnari potest, ibi quemvis pro eo facientem & innocentiam excusantem audiri æquum esse.

3. Resp. Arbitror autem ex prædictis etiam tyroni juris promptum & facile esse hoc argumentum elidere: distincturo inter singula generum & genera singulorum. Utcunque enim ratio ipsa generalissima esse videatur (*Æquum esse scilicet ut absentes à quibuscunque defendantur, atque etiam utile esse, Reipubl. nempe, ut circa crimina etiam veritas detegatur.*) Decisio tamen ipsa generalis non est; sed apertè discernit inter defensionem genericè sumtam, & specificè de causis innocentiaæ asserendis, acceptam: sub priore vocabulo, generali *defensionem absentia* intelligi, non tantum alia juris loca superius adducta efflagitant, sed ipsa hujus versionis oppositio ubi *defensio absentis* s. *absentia & innocentia*, dilucidè invicem opponuntur. Quod ergo defensionem absentiaæ attinet, valet in ea hætenus ratio ad regulam generalem inducendam. Ab omnibus sc. afferri posse defensiones absentis, s. excusationes absentiaæ. Enimverò si quæstio sit concepta, *de excusatione innocentia*. Dicendum tum demum in Capitalibus judiciis defensionem dari, ubi absens quis condemnari possit. De hoc genere judiciorum cum non sit L. Cornelia de Sicariis, quæ parte de homicidiis voluntariis puniendis agitur; nihil ad id genus criminis & judicii præsens Juris decisio pertinet.

4. Sed fortean magis eo pertinebit, quam Dn. Cothmannus ilico subjicit. l. 3, C. de Accusat. Ubi sane generalius dicitur: Leges publicorum judiciorum permittere, ut Rei capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendantur.

5. Resp. Ostensum est supra cap. 1. th. 9. Iplum Cujacium verbis hujus Const. permotum, à sententia communi recessisse, quæ sub voce defensionis minus plenam defensionem accipit. h. e. absentiaæ duntaxat excusationem; Neque tamen ideo absolute & generalissime hoc enunciatum cogemur ex-

audire atq; accipere; cū nihilominus limitatio aliqua sive de-
terminatio & restrictio lateat in verbis: *defendi absentes leges publi-
corum iudiciorum permittunt.* Hæc verba sunt relativa & demon-
strativa, & innuunt eam defensionem subintelligi, quæ legi-
bus publicorum Iudiciorum permittatur, Ad quos autem ca-
sus ea permissio pertineat, ostendit *l. pen. §. un. de publ. iudic.* quæ
admodum supra cap. 3. thes. i. & seqq. ostensum est.

6. Urget porro Cothmannus n. 19. arctissimam inter
patrem & liberos cognationem: Qua fiat ut in afflictione
filii, pater magis quam ipse filius angatur & patiatur. *l. Isti §. in
f. Quod metus causa.* Itaque vel commiserationis rationem o-
mnino exigere, ut pater pro filio admittatur.

7. Verum jam supra cap. 4. thes. 7. & seqq. responsum
est, Negandam esse consequentiam: Si enim affectui & af-
flictioni paternæ, seposito Reipubl. respectu deferendum es-
set, & utilitas publica præferenda veniret privatæ; Nunquam
vel sceleratissimi liberi ultimo afficiendi essent supplicio, sed
semper privatis charitatibus condonandi forent: nempe ne
parentes miseri eo pacto nimis affligantur, cum tamen chari-
tas Reipubl. respectum charitatis privatæ merito excludat.

8. Unde iterum apparet, quam facilis sit in errata pro-
lapsio, si à rectitudine juris Romani vel latum unguem receda-
mus: ut merito detestanda veniat fanaticorum machinatio,
qui in libellis suis famosis innocentem adolescentiam à regia
hac veræ Jurisprudentiæ orbita, ad nugas in vāsano capitulo
nudius tertius natas, per mera sophismata & detortos Cicero-
nis, aliorumque Juris & æqui Olorum, logos, ad cerebrinam
Jurisprudentiam, quam quisque *ex sua utilitate fingat* & pingat
sevocant. Cum juris Romani regula, primum semper τὴ καλῆ
(quod Aristoteles quoque cum cæteris sanioribus Philosophis
docet,) hoc est honesti & æqui, tum demum autem τὴ συμφέ-
ρου & rationem habendam esse censeat.

9. Sed proruit jam Cothmannus cum globo autho-
rum totoque agmine imò exercitu Doctorum à suis partibus
stantium: Ita enim, ait, docere Legistas in suis commentariis
ac præ-

ac prælectionibus n. 22. Ita definire in suis consiliis, respon-
sis, decisionibus. n. 23. Denique his etiam Canonistas adsti-
pulari. n. 24. & seq.

10. Verumtamen his terriculamentis non movebi-
tur, qui Juris Romani rationem ritè perspexerit. Quam, qui
Dd. intelligunt & sequuntur, merito æstimantur: Qui negli-
gunt & suis indulgent cogitatis: nequaquam attendendi ve-
niunt, cum novum jus inducant, quod non magis in ipso-
rum potestate positum est, quam nugigeruli alicujus πολυ-
πραγμωνεντ, Medicastris sive Matulæ. l. 1. & ult. C. de
Legibus

11. Deinde supra intelleximus plerosque Dd. Johan-
nis (veteris Glossatoris) expositionem amplecti, qui defen-
sionem minus plenam tantum admittit, vel ut rectius Accur-
sius (à Cothmanno nobis perperam oppositus,) eas etiam
causas quæ L. L. publicorum Judiciorum permittuntur. vid.
gloss. in. d. l. 32. §. 2. de Procuratoribus in verb. Datur, quem Bartolus &
ceteri Legentes imitantur.

12. De Consulentiis non valdè sumus solliciti: sci-
mus enim quemadmodum multi ex his, ut causæ quam prote-
gendam susceperunt, inserviant, varia comminiscantur effu-
gia, quæ ad versus juris rectitudinem nullum momentum obtri-
neant. v. ipsum Cothmannum lib. 3. Respons. 38. n. 332. Vbi fatetur,
Consilia & responsa plerumque amore magis eorum qui ea expetunt,
quam veritatis & iustitiæ, dari, idque experientiam attestari. Castilio
de Vsufr. cap. 41. n. 8. Jacob. Thominig. in orat. de stud. juris, præmissa
ipsius decisionibus, Ubi docet, Legum præscriptum consiliis
longè anteponendum esse, Siquidem leges uno cunctis ore
æquabiliter loquantur & ad judicandum non affectu, sed ju-
stitiæ & veritate ducant. Juris autem Doctorum responsa &
consilia, sic fere pro dolor conscribi soleant, ut ad forum cau-
sasque præsentis accommodentur.

13. Quanquam si hos vacaret aut liberet excutere, ple-
rique allegationem Cothmanni in terminis simplicibus defu-
gerent, sic enim quem primo loco adducit Barthol. Capolla.

C 3;

cons.



cons. crim. 45. n. 2. profitatur: se non loqui de defensione totius causæ, sed unius tantum articuli. Item n. 3. se loqui de casu ubi sententia ferri potest in absentem. Et porro n. 5. Exigit à patre defensionem instituente cautionem & securitatem Versicherung, quod filium stiturus sit in fortiam potestatis: i. e. iudicio stiturus. Sic etiam Alii plerique non generaliter & indefinite; sed in terminis superius designatis & exceptis, loquuntur: Adeoque perperam à Cothmanno ita adducuntur, quasi patri simpliciter & omni casu defensionem filii, ex sola cognationis, affectionis & commiserationis causa permittant, quo nihil absurdius dici potest.

14. Neque magis præjudicia contra juris decisionem valent aut entanda sunt; Cum & illa sæpe aberrent, & si vel aliqua deficiat circumstantia aut imminuatur; nihil inde ad casum diversum valide colligatur aut inferatur. *l. si ex plagis § 2. §. in clivo. 2. Adl. Aquil. l. sed licet. 12. de Offic. Presid. Molin. ad reg. 34. Cancell. Argentorat. 1. cons. 11. n. 97. Io-han Kizel. de jure monetar. c. 4. quest. 2. sect. 2. ubi & textus & rationes accumulatur.*

15. Exemplum manifestum est in præjudicio quod Cothmannus n. 27. ex Capollæ *Cons. 45. n. 13.* adfert, Siquicem illud de diversis plane terminis loquitur, *ut supra th. 13. demonstratum est*, Imo ipsum illud quod de sua curia Megapolitana Cothmannus n. 27. subjicit & adfert, de ea defensione conceptum est, quæ exculationem tantum absentis concernit.

16. Missis ergo auctoritatibus & præjudiciis, perlustremus cætera, quæ pro sua opinione Cothmannus adfert argumenta, Ita autem quarto loco ratiocinatur. Quo casu ad bannum agitur, eo casu non tantum defensor, sed & procurator pro absente admittitur, *per doctrinam Pauli Castrens. Angeli de Castro, Imole, Poluntani.* Atqui cum Accusator abest, contra eum, nisi compareat ex lege Constitutionis Carolinæ,

rolinæ, agi ad bannum potest. Ergo procurator etiam pro eo absente admittitur.

17. Respond. Major propositio admitti potest de casu, quo tantum ad præscriptionem agitur, *terminative*, ubi se, alia pœna capitalis in e ipore sustinenda non est. Eo vero casu cum Executio etiam contra absentem peragi possit, recte defensor admittitur. *l. 32. §. 2. de Procurator.* Aliud dicendum si processus banni instituaturs tantum *preparatorie*, ut reus sub pœna banni comparere jubeatur; Et nisi innocentiam ostendat, capite puniatur. Quo sane casu nec Procurator, nec defensor ad justitiam causæ sive innocentiam ostendendam sufficiet. *Conf. Artic. 155. Constit. Carolina.*

18. Quinta ratio Cothmanni, superiori affinis est, *ut ipse facietur. n. 30.* Adeoque eod. etiam modo refutari potest, sic autem habet. Omni casu, quo contra absentem ad sententiam definitivam procedi potest, defensorem & excusatorem rectè ac licitè intervenire. At in casu homicidii contra absentem ad sententiam definitivam procedi posse. E.

Respon. Majorem propositionem captiosam esse quando defensionem & excusationem synonymicè conjungit, Cum nos tantum loquamur de defensione plena s. innocentia.

Deinde negamus minorem. Nam in casu homicidii voluntarii terminative ad sententiam definitivam procedi non potest, ita ut finem & effectum sententiæ obtineat, antequam reus sistatur & coram lite contestetur atque respondeat. *uti. d. supra cap. 2. th. 6.*

19. Idem fucus adhibetur *in sextaratione*, quæ n. 35. his verbis proponitur. Etiam eo casu quo Procurator per statutum intervenire prohibetur nihilominus excusatorem, informatorem, instructorem, comparere & innocentiam accusati excusare ac demonstrare posse. *per Specular. l. sen. Marsil. Grassum. Arctin. Wesenb. alias.*

Et quoniam

Etenim quæ Dd. de excusatione absentie forte tractant, ad defensionem cause principalis proprie dictam perperam extenduntur. Postulat hic locus ut qua fide Speculator allegatus sit, detegamus. Unde de cæteris etiam Cothmanni allegatis, hoc quidem in casu, iudicium sumere licet: Speculatorem enim plane recta & homogenea docuisse jam supra diximus cap. 3. §. 5. Sic autem loquitur in allegato *de procuratore* §. 1. n. 9. & 10. *ibi* In causa Criminali procurator regulariter non intervenit, nec in agendo, nec in defendendo. *l. pen. de publ. judic. cap. sua. Ext. de Procurat.* Et est duplex ratio: *Primò*: Quia si interveniret Procurator & succumberet; ipse condemnaretur, quia non deliquit: quod esse non debet. *cap. cognoscentes. Extra de constit.* *Secundò*: quia id quod amitteret; non posset consequi per actionem mandati contrariam &c. Regulam hanc Durandus, Speculator vulgò dictus, initidè declarat, Ut procurator admittatur si adversa pars nihil opponat. Deinde quatuordecim limitationes sive ut illi vocant fallentias adiicit. nempe (1. in crimine injuriarum; si persona sit illustris: (2. In accusatione ingratitude. (3. In accusatione suspecti tutoris. (4. Si Prælati dicatur suspectus. (5. Si pœna criminis non excedat relegationem. (6. In actione populari pro damno intentata. (7. Ad proponendum excusationes; tum enim etiam Procuratorem admitti. (8. Cum servus accusatur quem Dominus defendit (9. In levibus criminibus. (10. Ad excusandum vel excipiendum. NB. Adjicit tamen illic, hanc sublimitationem: si id fiat ad proponendum causas absentie, non autem causas causæ. (11. Cum agitur de crimine civiliter. (12. Cum causa per socium litis agitur. (13. Si agatur de præparatoriis iudiciorum. (14. Si universitas aliqua accusetur. Hanc enim comparere posse per Syndicum.

20. Hactenus integrum Speculatoris locum recensuimus: Cujus placita cum plerique deinceps amplexi sint: apparet adversæ Opinioni parum præsidii ex hac authoritate Dd. accedere, quæ regulam nobiscum planè contrariam constituit & ratio-

& rationibus firmat: In sollicita autem limitationum (quarum multæ præter rem sunt & extra oleas vagantur) conquisitione, nunquam ausa fuit istam recensere, de qua modo contenditur. Et hac fide consulentes multoties in allegationibus suis utuntur.

21. Septimum ergo argumentum Cothmanni videamus; quod ita sonat: si pro condemnato, qui jam ad supplicium ducitur, cuivis, etiam extraneo intercedere licet; Quid ni pater pro filio absente, de cuius condemnatione agitur, pietatis ratione audiendus sit? At verum est, prius, *uti constat. ex l. non tantum 6. de Appellat.* Ergò & posterius *l. Nec in ea. 22. in fin. ad. l. lul. de Adult.*

22. Tamen si vero ad hoc argumentum jam supra responsum sit, *cap. 4. th. 5.* Cum Arumæ rationes redargueremus, pro uberiori tamen d. l. 6. explicatione adnotamus: Non ibi contineri regulam & imprimis eam, quam Cothmannus, ut propositionem Universalem supponit: *pro omni facinoroso appellationem admittendam esse*; Contrarium enim aperto jure decisum & constitutum est, *in. l. observare 2. C. Quorum Appellat non recip. l. Quoniam. 6. inf C. Ad L. lul. de vi. publ.* (ut se. intersit, utrum reus criminis manifestus, vel rite convictus sit; An vero ritè convictus non sit, sed vel formidine tormentorū vel tædio vitæ confessus sit; Ut hoc casu appellatio audiatur; non item illo, quo perspicuum est, appellationem tantum litis protrahendæ causa institui. *Cujac. in recit. ad d. tit. C. Quorum appellat. non recip.*) Sed contineri speciem exceptionis. ex d. l. 2. jam indicatæ: *si reus non legitime convictus aut confessus sit*; Sed perire festinans, i. e. tædio vitæ, de se sit confessus; Uti habent verba ultima d. l. 6. Hoc vero casu speciali merito auditur appellatio. A particulari autem causa non licet inferre ad genus aliquod sive regulam universalem constituendam. Gravius autem peccatur si (2. argumentum ad speciem diversi generis trahatur & in qua (3. maxima sit disparitatis ratio. Nam in l. 6. de Appellat. Reus præsens est & in vinculis, nec ullus subest me-

*Explicat.
l. 6. de Ap-
pellat.*

D

tus,

aus, ne fortè dilabatur. At nos loquimur de filio absente, quem pater machinationibus suis, debitam justitiæ vindicæ victimam, omnibus modis satagit eripere; Ubi sane pietas & commiseratio paterna intempestive & importunè in perniciem justitiæ & Reipubl. attenderetur.

22. Adnectit huic 7. argumento Cothmannus n. 40. aliam rationem, quod sic servum à Domino indefensum quilibet possit defendere. *l. si non defendantur 19. de pœnis.* Quid ni ergo patrem quoque permittimus filium, hominem liberum defendere? Ad hoc quidem argumentum itidem jam supra responsum est, ubi cum Arumzo disputabamus. *cap. 4. Ad l. 19. de th. 10. & seqq.* Ad textum tamen. *l. 19. de pœnis* hoc addendum. Perperam eum iterum à Cothmanno induci. Agit enim de servo à Domino planè derelicto & indefenso: Qui sane ex ea sola causa non potest pro nocente haberi; adeoque inauditus & indefensus damnari. Sed antequam damnetur vel absolvatur, ordinatio processu causa examinanda est vel extraordinario inquisitionis. Uno verbo: nemo, ne servus quidem inauditus & indefensus condemnandus est: Sed an ideo etiam absens defendi quivis reus poterit? Ubi hoc in d. l. 19, dicitur. Distingvamus itaque inter rem ipsam s. quæstionem an sit, & rei modum. In quæstione an sit, nemini defensio deneganda est, ne servo quidem à Domino derelicto: Sed inde malè infertur ad modum inordinatum, quod sc. Pater possit filium *per contumaciam absentem* & Jurisdictionem impediens defendere, eo fine, ut id quod extremum est in jurisdictione, nempe executionem, eludat. Ita ergo instruenda est, ut rectè procedat consequentia: Si & servo concedenda est defensio, utique etiam libero homini, nempe si rite & secundum legum publicarum præscriptum interponatur.

23. Octavum sophisma n. 41. à Cothmanno his proponitur verbis: Leges nostræ parentum pietati & amoris ardentissimo, erga filium facinorosum tantum indulgent, ut
filium

filium facinorosum ; per patrem apprehensum & ad judicem pertractum à facinore absolvant *l. Milites agrum 13. §. Ad l. 13. §. Desertorem. ult. De remilitari*, Quasi jam inferre velit (id e. *ult. de re militar.* nim tacitè innuit) Cur itaque non indulgeamus huic affectui etiam absentis defensionem. Sed objectio ista merum, ut diximus, sophisma continet. Utcunque enim Dd. quidam ex hoc textu talem cautelam colligant universaliter: Quod si pater filium, qui crimen capitale commisit, judici tradiderit- filius non ita (s. ea pœna) puniendus sit, pro ut si captus fuisset *post Capollam cautela. 1. Blancus caut. 2. n. 2.* Falsum tamen est leges semper ignoscere facinoroso filio, quem pater obtulerit. Idque nec in d. §. 6. nec aliàs in jure dicitur: Alioqui parentes omnes maleficos filios supplicio possent sua oblatione eripere: sed hoc tantum dicitur. *In speciale crimine desertionis*, si pater filium ex fuga retrahat, Imp. Pium pœnam capitalem mitigasse non ob solum respectum affectus paterni (hanc rationem falso supponit Cothmannus) sed causa hac procatartica motus; ne pater videatur filium ad supplicium ipse obtulisse. Eaque ratione impulsus Imperator, hunc desertorem mitiore pœna afficere voluit. Quomodo autem hinc sequitur, in omni crimine parentem ad defensionem absentis per contumaciam filii admittendum esse, licet id agat pater, ut artificiosa defensione filium justitiæ subducatur. Imo si rem accurate putemus, in d. l. 13. §. 8. & ult. Patri secundum leges agenti indulgetur: In nostra autem quæstione, pater contra legem præscriptam, filium judicio vult subducere.

24. Festivus autem est atque lepidus (ut hoc obiter addamus) Dominus Cothmannus quando num. 42. Julio Claro irascitur, quod cautelam illam Capollæ lubricam. *lib. 5. sentent. §. ult. n. 29.* improbarit, quasi nullas unquam storgas & affectiones paternas senserit. An enim affectio paterna ad legum & juris corruptelam debet proficere aut produci? *contra. l. ult. ibi. neque si adversus amicos. C. de fide Instrum. can. Accusatores, 12. caus. 3. q. 5.* Plurimum sane affectui pa-



verno in Jure Indulgeri novimus & fatemur. Sed ut ad ju-
ris & justitiæ subversionem id porrigatur, nequaquam ad-
mittimus. *arg. cap. nisi. 3. ubi tantum summi Principis adfe-
lioni aliquid tale indulgetur in. pr. de Offic. Legati. can. veniam.*
5. ibi: vobisque tam bonis, tam charis, non dare consen-
sum, omnibus rebus duris durus arbitramur. *cap. 35.*
quest. 9.

25. Atque ita post hæc exarata deprehendi etiam do-
cuisse Ar. Pinellum *in rubr. 2. C. de bon. matern. n. 32. & seqq.*
Ubi peculiarem plane rationem esse dicit. *d. l. 13. §. de feriorens*
S. de re militar. Cum defector graviter puniatur ob culpam
in omittendo admittam, *contra regulam juris in. l. 2. C. si ad-*
vers. delict. Unde cum pœna defectoris ex summo rigore
promanet. *l. 3. §. in bello. l. 6. vers. Qui in acie. de re milit.* facti-
lius potuit temperari. Cum alias magnopere cavendum
sit, ne ratio aut via eludendæ pœnæ admittatur. *l. si quis 6. ibi:*
Eludenda pœnæ cause. de pœnis. l. congruit, 13. de Offic. Præsidi.
l. ita vulneratus 50. §. Quod si. Ad. l. Aquil. l. si a reo. 70. ibi:
pœnas ob maleficia solvi magna ratio suadet. De fidejussor
Setser. ap. N. Reusner post. 2. decis. 16. pag. 69. th. 31. Neque u-
sus fori hanc cautelam recepit. *A. Faber. C. suolib. 9. tit. 13.*
def. 6. Anth. Matth. Colleg. Crim pag. 905. Groneuveg. ad. d.
l. 13. §. ult.

26. Denique causæ suæ imbecillitatem ipse sentiens
Cothmannus n. 44. Sic tandem concludit, si vel maxime
aliquis contendat superioris juris canones & decisiones pa-
renti subvenire non posse. Concedendum tamen hoc esse,
si parens offerat cautionem de filio tempore sententiæ defi-
nitivæ sistendo, & nisi sistat de certa pecuniæ quantitate sol-
vendo: Tum verò, ut patris defensio admittatur, pietatem,
justitiam & curiarum stylum persvadere & exigere: Res-
pond. nec pietatem, nec justitiam, nec legitimum curiarum
stylum sententiam hanc aliter admittere, quam si vel crimen
dubium.

dubium sit, vel pœna ordinaria non sit capitalis: Alloquin-
ne quidem per cautionem pecuniariam pœna legitima elu-
denda fuerit. *Uti modo diximus. l. 25.* Neque iudex pœ-
nas LL. publicorum Judiciorum ordinarias, imprimis ca-
pitales, pro arbitrio potest remittere aut immutare: *cap. de*
causis 4. §. Illic etiam. Extr. de Off. delegat. Novell. 82. cap. 10.
cum similib.

CAPUT VI.

An matri vel aliis Cognatis defensio ab-
sentis rei de capitali Crimine con-
venti, concedenda sit.

R.

DEstructâ & profligata primariâ illâ Dd. in hac causa ex-
ceptione, multò facilius reliqua postulata, quæ pro ma-
tris & cognatorum defensione justificanda proferuntur, re-
felli possunt, imò vix opus haberent assumptione, nisi magni
viri eo usq; etiâ, progredieretur ac novis ad eò, uti præse ferunt
machinis id asserere conarentur. *v. D. Carpz. 3. quæst. 115. n. 8.*
& seqq. ubi ait: non tantum parentibus; sed & fratribus ali-
isque conjunctis personis, Inquisiti defensionem allegare ac dedu-
cere licere. Easque personas conjunctas audiendas nec à judicio
repellendas esse: (1. per auctoritatem Zangeri & Deciani, tum
quia (2. publice interfit innocentium causas defendi; tum
quia (3. in eam rem textus sit manifestus in Constit. Ca-
rol. art. 47. ibi: Die Zengen so der Gefangene oder seine Freunde
deßhalb stellen wolten.

2. Ignoscet nobis Vir summus, si rationes istas veri-
tatis studio breviter examinaverimus. Et quod quidem au-
thoritates attinet; Zangerus *in allegato. cap. 3. de torturis*
n. 2. nequaquam dicit; Matrem vel Cognatos absentis rei

D 3.

in cau-

in causa capitali defensionem posse suscipere: Loquitur enim Zangerus diserte (1. de reo præsente (2. interrogato (3. negante (4. Indiciis gravato, cui ea hunc in finem (5. communicanda sint, ut si illi ita videatur, interrogatoria exhibere vel alio modo indicia elidere, suorumque innocentiam deducere vel per se vel per alios possit. *Hac ipsissima Zangeri verba sunt; Quibus id tantum dicitur: Reum captivum non statim torquendum; sed audiendum esse, si innocentiam suam vel proprio Marte, vel alieno adnifu, puta advocatorum aut Procuratorum, vel cujuscunque tandem periti, velit deducere. Hac quidē de rei præsentis defensione vera sunt; quomodo autem ad defensionem innocentiae absentis homicidæ, jamtri vel Cognatis permittendam, producantur: non apparet.*

3. Porro Decianus, secundo loco à Dn. Carpzovio allegatus, lib. 5. tr. Crim. cap. 36. n. 4. hoc tantum dicit: Dandam esse reo indiciorum copiam, antequam torqueatur, cum dilatione ad ea diluenda: subditis novem exceptionibus & casibus quibus communicatione opus non sit. *Hac tenus Decianus. Dicant, qui sine affectu judicare possunt: An Decianus isto loco quicquam de defensione innocentiae absentis per Contumaciam facinorosi, constituerit.*

4. Neque ratio aut textus Carolinus hanc sententiam ullo modo juvant. Nam quod rationem attinet: Negamus in collectione consequentiam: Publicè interest innocentum causas defendi: Ergo etiam per matrem aut cognatos rei per contumaciam absentis defensio permittenda est. A concessione defensionis: ad modum illicitum non valet illatio, uti superius dictum & demonstratum. cap. 5. th. 22.

5. Denique articulus 47. Constit. Carolin. eidem nequaquam de reo per contumaciam absente loquitur: Sed (1. de reo præsente tractat, ibi: *So in dem tezgemeldeten Fall. (nempe art. 45. qui incipit, Wenn man den Gefangenen Peinlich fragen will).*

Der

ter Bella 3te die angezogene Obelhat verneinet/so soll ihm alsdē vor-
 gehalten werden. E. præsentī; quemadmodum (2, per totum ar-
 ticulum semper captivi mentio reperitur: Tum (3, ratione
 prædicati hoc tantum dicitur: Reum' captivum non statim
 tormentis subjiciendum, nec à quæstionibus incipiendum,
 sed audiendum esse, si innocentiam suam vel per se vel per
 alios deducere velit. Uti recte hic articulus à Zangero hor-
 sum s. hætenus inductus est, Et juri communi congruit.
 Nihil ergo etiam ex hoc articulo contra sententiam juris su-
 perius deductam elicere fas est. Adeoque rectè de finive-
 runt Scabini Lipsiensis, ne patrem quidem pro defensione
 innocentia filii absentis audiendum esse, uti ipse Carpzov.
 refert, *part. 3. quæst. 105. n. ult.* In quam sententiam cum et-
 iam Collegium Juridicum hujus Universitatis nuper re-
 sponderit, non dubitavimus responsum roborandæ disputa-
 tionī nostræ subjicere, atque ita dissertationem cum laude
 Altissimi, finire.

CAPUT VII.

*Exhibet responsum Epistolare Collegii IC-
 torum in Academia Giessensi, de matre
 pro defensione innocentia filiorum de
 homicidio accusatorum, non
 admittenda.*

I.

Responsum in iis, quibus expeditum fuit formalibus,
 ita habet.

Insere

Unsere freundliche Dienste nechst wieder Anwünschung ei-
nes gesunden/ geseanteten neuen Jahres zu vorn; Edle Eh-
ren Beste und Hochgelahrte/ Insonders günstige Her-
ren/und geehrte sehr werthe Freunde.

Wls in pūcto homicidii, der Gräffl. Fiscalis, an N.H.
von H. so den 2. Augusti 1661. Ben F. auf S. Grund-
und Bortmäßigkeit ermordet worden wieder die
Adel. Gebrüdere N. N. hen den Herren anklagend vorbracht/
und Sie darauff verordnet / hierentgegen aber auch der an-
gegebene N. Defensor eingewendet / daß haben wir aus de-
nen uns zugesertigten/ und den 16. huius gegen Abend ein-
gereichtem protocoll und bengefügtten Schrifften / auch wor-
über die Herren Unsere Rechtliche Meinung begehren / aus
dem Insinuation Schreiben mit mehrer verstandē / Solches
alles fleißig durchlesen in consultation gezogen / und uns fol-
gender meinung verglichē. Bii zwar so viel die erste frage an-
trifft / Ob die anderwertlich begriffene Citation auff Form u.
Weise / wie uns das Concept copialiter zugesertiget zu affigire
sen? Erachten wir gestalten Sachen nach zuerkennen sen; ;
Ob wohl unterschiedene vornehme Juristen der meinung sen
das die prohibitio l. pen. §. un. de public. Judic. in der Per-
son des Vatters einen Abfall leide / und das also ein Vater
pro filio super homicidio capitaliter accusato nicht allein sei-
nes eigenen Interesse halber / sondern auch als ein defensor
des abwesenden Sohnes vor Gericht erscheinen und inter-
ueniren könne

Ita citant Bald. Menoch. Capollam alios Coth-
mann. 3. respons. 15. n. 22. & 23. Matth. Stephan. ad
ord. Carol. Criminal. art. 88. & sic Jurisconsultos
Marpurgentes & Jenenses censuisse ac respondisse
testatur Arumæus lib. 1. decis. 7. n. 23. & seqq. & qui-
dem usque ad absolutionem Oldenkop. obl. crim.
tit. 1. obs. 13. n. 8.

Welches den auch ferner auff die Mutter und andere
Freunde extendiret wird.

per



per Carpzov. & ab ipso citatos part. 3. quæst. crim. 115. n. 8. facit Ordin. Carol. V. tit. 47. In verbis: die Zeugen so der Gefangene oder seine Freunde deshalb stellen wolten / & paulo post; solche Kundtschafftstellung soll dem Gefangenen oder seinen Freunden / auf ihr Begehren ohne gute Rechtmäßige Ursach nicht abgeschlagen oder aberkandt werden

Dieweill aber gleichwohl auß allen seithero geführten Handlungen verspühret worden / das es der Mutter mit solcher defension kein rechter ernst gewesen / in dem Sie ihr dieselbe mit gehörigen Fleiß nicht angelegen sein / sondern die Sache über anderthalb Jahr außstengē lassen / auch zu der special caution nicht verstehen wollen.

Quæ tamen etiam à personis conjunctis desideratur. l. sed & hæ 35. de procurat. & in genere, defendere non videtur, qui satisfacere paratus non est. l. Non videtur. 82. d. r.

Dieweil auch die gegenseitigen fundamenta des Haltes nicht sein / das sie die contrariam juris dispositionem & regularem atque communem sententiam umbstossen solten

Non enim sequitur (1.) patrem dignum esse commiseratione, ergo nocentem non esse puniendum. Nec (2.) arctam esse cognationem inter patrem & filium, ita ut filius censeatur pars patris; adeoque pater filium defendens, se ipsam defendat, Barthol. Cæpolla. conf. crim. 45. n. 4. Hæ enim fictiones non præjudicant veritati, neque valent eo casu, ubi personæ ipsius præsentia requiritur, in primis in puniendis delictis l. 1. 3. & t. t. C. Ne filius pro patre vel pater pro filio. Authent. Habita vers. nec ob alterius delictum. C. d. tit. ibique wesenb. in comment. n. 5.

Nec quicquã facit (3.) comparatio servi & filii fam. Quod scilicet Dominus esse possit & ferri debeat servi sui defensor. l. si cuius 2. C. de Accusat. Unde colligunt; multo magis defendi posse filium per patrem.

Nam (1.) diversissima ratio est, inter servum & filium, cum in servo Domini interesse, sive utilitas pecuniaria vertatur, cujus solius intuitu ipsi defensio servi d. l. 2. permittitur. Adeoque Dominus non tam reum, quam rem sui patrimonii

E

defen-

defendit. *Cujac. in recit. Cod. ad tit. de Accus. in princ.* Quæ de filio nullatenus dici possunt. Ergò cessante ratione, cessat etiam constitutionis productio. Deinde non agitur ibi de defensione servi absentis; sed præsentis: Ubi hæctenus saltem admittitur Dominus, ut pro reo offerat, si quas habet allegationes, quibus factum eius excuset. *Cuiac. ibid.* Itaque *Arumæus, 1. decis. 7. n. 24.* & qui eum sequuntur, insignem paralogismum ignorati elenchi committunt, cum sic colligunt: Absurdum esse ut majorem favorem experiatur servus, quam liber homo. Negatur enim antecedens, quod in *d. l. 2. favor servi spectetur.* Cum tantum spectetur interesse pecuniarium Domini; Quæ ratio cum locum non habeat in filij corpore libero, *Decisio illa ad ipsam nequaquam potest extendi &c.* Instat *Arumæus n. 43.* In filio etiam spectari posse interesse operarum. *l. ult. De his qui effud. vel dei. Resp.* Illud longe minus esse, quam ut interesse publ. non attendatur & filius absens per contumaciã promerito supplicio subducatur. Non etiam movere possint prudentem judicem *Rhetoricationes Arumæi. d. decis. 7. n. 3. & seqq.* ab affectione paterna petiti: Huic enim locus relinquitur in ordine ad justitiam; non contra justitiam. Aliàs omnes filij facinorosi parentum affectioni forent condonandi. Denique valere hæ rationes possunt hæctenus, ut pater etiam admittatur ad defensionem filii præsentis, (de præsentis enim servi defensione *d. l. 2. C. de Accusat. vel liberi hominis artic. 47. constit. Carolina loquitur.*) sed ut absentis etiam plenaria defensio admittatur, *ex d. l. 2. C. de Accusat. & cæteris ratiunculis nequaquam conficitur.* Ibi enim longe major ratio & fortior, (ne sententia condemnatoria eludatur & scelera impunita maneant) debiliores illas ratiunculas à consulentibus & causarum Patronis lucelli studio confictas, meritò superat & vincit. Quemadmodum farente ipso *Carpzovio Scabini Lipsienles*, non attentis aliorum ratiunculis & nominibus in negativam concesserunt. *part. 3. quest. crim. 105. n. 82. & 83.* Et si quis inspiciat *Dd. ex adverso allegatos*, deprehendet eos aut loqui ex suppositione quorundam statutorum, aut quando pater saltem defendere vellet.

veller unum articulum: Utique omnes sententiam suam ita limitare & restringere, ut pater teneatur præstare idoneam securitatem de dicto suo filio (cujus absentis defensionem suscipit) præsentando in fortiam Potestatis, (s. in manum & potestatem magistratus) si contingat eum succumbere in causa: Idque ideò ne sententia fiat elusoria. Ita *Guid. de Suzar Gandinus, Papiæ & alii citati Bartholomeo Capolla conf. crim. 45. n. 5. Quod Cothmanno, Arumæo & ceteris non erat dissimulandum?* Sed ne alii falsa opinione per autoritatem magnorum nominum deciperentur candidè erat referendum.

Als werden die Herren numehr mit der andern Citation zuverfahren gnugsam befugt seyn.

Quando enim judex videt defensiones tantum peti cavillandi & negotii differendi causa, potest eandem etiam non permittere. *Farinac. quest. 39. Roland. à Valle 3. conf. 12. n. 42. Decius. 2. conf. 99. n. 22. post Zierixium & Gilhausen. Manzius ad dict. art. 77. const. Carolin. n. 40 & 41. ubi rationes habet.*

Wann dann auch auff die andere Edictal Citation keine bessere defension erscheinen solte/würde auch mit der dritten/und als den mit der Acht zuverfahren sein.

Den ob wohl die Solmische Lands Ordnung part. 1. sub fin. die Richter dieses Orthes nicht auff die Sächsische Rechte/sondern vielmehr auff Keyser Carols Peint. Halsgerichts Ordnung verweist/ so ist doch auch diese Mordthat der Ph. D. nicht entgegen.

Quemadmodum ex Constit. Carol. art. 155. & ejus Interpretibus patet, adde *Rosbach. in process. crim. tit. 1. cap. 5. n. 21. & seqq. Itemq; de his provinciis testimonium Anthon Matthæi disp. Pandect. 4. coroll: 5. Stamm. de servit. person. lib. 1. tit. 3. cap. 5.*

Worvon zu seiner Zeit und nach completirten actis mit mehrern wird zu reden sein: haben solches immittelst den Herren nicht verhalten sollen / und bleiben denselben angenehme Dienste und Freundschaft zuerweisen hiernächst erhöchig. signatum N. den

Januarii 1663.

Decanus Dd. und Profess. der Justisten Facultät daselbsten.

F I N I S.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



ren
den
qui
non
ful
fuit
bita
tan
cuti
de
cut
fra
Pe
we
in i
au
gna
mo
W
cer
lege
con
imp
potu





COROLLARIA.

I.

Q. AN recte scripserit Obrechtus, citatus in Racemat. pag. 565. n. 11.
Man könne in der Fastnachtzeit wohl *iustitiam administrare*,
Es sey solches auch weder in Geistlichen rechten / noch von
den Rechts Lehrern jemahl vor unrecht gehalten worden? Si-
quidem contrarium expresse constitutum fuisse in l. 6. C. de feriis, nuper
non nemo scripsit in disp. T. de feriis th. 9. n. 5.

Resp. Non opus fuisse cavillatione ista, adversus tanti nominis Iure-
Consultum, nimis fidenter sparsa & pronuntiata: Quae haut dubie hausta
fuit ex disput. de jure temporis Qua dragesimalis Anno 1651. Argentorati ha-
bita: & ex nostris recitationibus in C. d. tit. de feriis perita: In qua Dn. dubi-
tans hoc responsi tulit. Longè differre causa cognitionem & sententia exe-
cutionem, quod & nunc repetimus. Namq; Obrechtus non fuit consultus
de causæ cognitione de qua d. l. 6. agit; sed de cognita sive discussa exe-
cutione. sic enim n. 2. concepta erat quaestio: Zum andern (wirdt ge-
fraget /) Ob NB. jetziger Zeith (nostris moribus) in der Fastnacht/
Peinliche straffe gegen Ihme (den Dieb) könne vorgenommen
werden. Vno verbo, Iudices Pontificii querebant ab O recto: Ob man
in der Fastenzeit einen überführten Dieb dürffte mit Ruthen
außhauen. Id vero Obrechtus per mores & usum fori licere rescripsit;
gnarus d. l. 6. de feriis in ipsis quoq; cognitionibus antiquatam esse, quemad-
modum non recentiores tantum, veluti Gothof, Zypæus, Perez, Gröne-
Wegen; sed & veteres jam olim annotarunt. v. Gl. Bartol. Angel. Sali-
cerum. P. de Castro ibid. Clarum. §. ult. c. 50. n. 3. Itaq; ineptiunt qui
legem antiquatam responso usui horum temporum accommodato, opponunt.
contra l. 3. §. 19. C. de Vet. jur. Enev. Non ferit Obrechtum quorundam
impetisio: Quod executio cognitionem præviã desideret. Resp. Etiam: Sed
potius cognitio præcessisse, vbi in tempore hoc quadragesimali terminata
fuisse

fuisse. Instant cum Salino in Sicilimentis ad d. l. Non esse hoc tempus coercitionis, sed correctionis. Resp. Etiam per coercionem improborum corrigi desideria corruptorum, poena enim fiunt exempli causa. l. i. C. ad l. Jul. rep. l. si vindicari 28. C. de poen. cap. significasti. 18. Ext. de Homicid. can. Qui. 10. dist. 38. Bök. tr. de publ. judic. in. præloq. Poena enim non tantum *ἡ δεισιμα* vel *τρωαγλα*; sed etiam *παράδειγμα* continet atq; ita etiam appellatur. cum Philosophis à Se citatis, Grotius ad cap. 5. Matthæi n. 40.

Tum aliquando opus est maturari executionem, ne interim dilabatur vel peccet vel nimium affligatur maleficus, & sumtus inutiles fiant. l. i. §. pen. l. 3. de feriis l. 2. in f. de custod. reor. Cujac. c. ult. in f. de Judic.

11. Mirantur simpliciores, quomodo illi, qui jejunia inter maxima præcepta se colere profitentur, tempore tamen quadragesimali computationibus cum maxime indulgeant? Mirari desinent si mysteria Casistarum sive conscientia magistrorum introspexerint. Quærit inter hos Escobarus in Theologia morali (forte morosophorum) tr. I. Ex. 13. n. 75. An tempore jejunii vinum assumi possit, quoties quis voluerit, licet in magna quantitate, Respondet. posse. per rationem: Quia quicquid potui est, jejunium non solvat. Unde nec potus vini, qui vocatur, Clarea s. hypocras, Montaltus epist. prov. 5. pag. 65. Eodẽ fere modo Laymannus lib. 4. Theolog. moral. tr. 8. c. 1. n. 7. Eum qui vinum aut cerevisiam potat, non violare jejunium scribit, licet in temperantiam peccet: Sed si jusculum sumat haud dubie jejunium violare. Quia ut D. Thomas tradat: Ecclesiis in diebus jejunii non prohibeat potum. O egregios conscientia informato es!

F I N I S.





Giessen, Diss., 1662-63

ULB Halle 3
003 577 821




f

sb.

MA





Prac 34. num-6

1663, 8

17

28

302

DISPUTATIO JURIDICA
 DE
 DEFENSIONE REI ABSENTIS,
 DE CRIMINE CAPITALI
 ACCVSATI,
 Adl. 3. C. de Accusat. & textus parallelas composita,
 ET DIVINO ASPIRANTE NUMINE
 SVB PRÆSIDIO

VIRI
 Magnifici, Præ-Nobilis Amplissimi &
 Consultissimi

DN. JOH. OTTONIS
 TABORIS, ICTI

FAMIGERATISSIMI, SERENISSIMI
 PRINCIPIS HASSO-DARMSTADINI, &c. Con-
 siliarii, INCLYTÆ Universitatis LUDOVICIANÆ Cancellarij
 eminentissimi & Professoris Primarij, Dn. Patroni & Pro-
 motoris æterno Venerationis & Observantiæ cultu
 prosequendi,

Publicæ Eruditorum censura exposita

JOHANNÉ ANTONIO Blanckenhetm
 MARBURGO-HASSO.

Ad Diem 25. Junii, Loco horisq; consuetis,
 GISÆ CATTORUM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELI,
 Acad. Typogr. Ordin. An. 1663.

